UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Valerii Andreae Desselii Erotemata Ivris Canonici

Andreas, Valerius

Francofurti & Lipsiae, 1720

XXXIII. De majoritate & obedientia.

urn:nbn:de:hbz:466:1-63277

Visual Library

De majoritate & obedientia.

TIT. XXXIII.

Ex eo, quod in Eccleſiaſtica Hierarchia ſeu ſacro Magiſtratu judicum alii aliis ſunt majores: reſultat quædam præeminentia, quæ hic dicitur *Majoritas*, ratione cujus qui minor eſt, obligatur majori ad *obedientiam*.

1. *Quid igitur eſt majoritas?*

ESt prærogativa, qua quis aliis eſt dignior & honorabilior. Vel eſt excellentia unius perſonæ præ alia.

2. *Majoritas illa unde oritur?*

Majores habentur alii ratione jurisdictionis, alii ratione ordinis, vel antiquioris promotionis, vel repræſentatione perſonæ eminentioris &c. I. Ratione ordinis Diaconus major eſt Subdiacono, Diacono Presbyter, Presbytero Epiſcopus. II. Ratione jurisdictionis & dignitatis Epiſcopus major eſt Archidiacono, Archidiaconus Archipresbytero, Presbyteris vero ratione dignitatis major eſt Cardinalis etiam non Presbyter vel Epiſcopus. III. Ratione conſecrationis vel benedictionis Epiſcopus conſecratus ma-

c. Statuimus 15. h. t. c. 8. de off. Archid. & c. 11. h. tit. c. 12. 16. & en. hoc. tit.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

jor eſt electo, Abbas & Abbatiſſa Mo-
chis & monialibus. IV. Ex dignitat-
dinantis præfertur, cæteris paribus, q
c. 7. eod. S. Pont. eſt ordinatus, licet per hoc
c. 1. eod. eximatur a jurisdictione ſui Epiſcopi.
inde ratione antiquitatis prior in or
prior & major habendus eſt.

3. *In quo conſiſtit obedientia, quam mi- majori debet?*

In conſeſſu, in ſuffragio, in ho- exhibitione, & potiſſimum in eo, u- nor dicto audiens majori morem - niſi major extra officium ſuum, - pra poteſtatem aliquid mandet, - do licita atque honeſta ſint, qua- rat.

4. *Quid ſi quis dubitet, an quod impe- licitum ſit, nec ne?*

can. Quod culpatur XXIII. q. 1. Tunc obediendum potius, quam giverſandum: quia, ut inquit D. A- ſtinus, etſi forte Regem iniquitas - randi reum facit, militem tamen ſerviendi ſeu obediendi oſtendit inn- tem.

(Jura Epiſcopalia in noſtris terris pe- ad Principes aliosve Status Imperii, quipp- Superioritatis territorialis habentes, & e- tur per Conſiſtoria, nec non certo modo p- perintendentes, qui in Evangelicis Eccleſ-

E-

Epiſcoporum conſtituuntur. *Carpzov. libr. 1. Jurisprud. Conſiſtor. tit. 2. def. 19. num. 1.* adeoque immediate absque ulla præſentatione ab ipſo Principe eorum vocatio dependet. *Vid. Carpzov. d. l. num. 5.* Conſtitui autem ſolent quatuor Juris Epiſcopalis capita; Ordo nimirum, Lex Diœceſana, Jurisdictio & Dignitas. *Laur. Obſm. de Jur. Epiſc. §. 15.* Ad ordinem pertinet prædicatio verbi divini, adminiſtratio Sacramentorum, poteſtas clavium, ut & ordinatio miniſtrorum Eccleſiæ: quæ a Paſtoribus expediuntur, ac inſpectio Superintendenti in ſua diœceſi, competit, qui, ſi res poſtulat, ad Conſiſtorium cauſam majoris momenti deferre debet. *Videantur ordinationes Eccleſiaſticæ.* Ad Legem Diœceſanam referunt adminiſtrationem bonorum Eccleſiaſticorum; it. viſitationem Eccleſiarum: de cujusmodi cauſis Conſiſtoria diſponunt: Jurisdictioni Eccleſiaſticæ accenſent Epiſcopalem audientiam, perſonas clericorum & cauſſas Eccleſiaſticas ſeu ſpirituales concernentem: quam itidem exercent Conſiſtoria & Superintendentes *Add. Inſtrum. Pac. art. 5. §. 16.* Vide hæc latius & optime exponentem *Dn. Vit.* Ludov. von Seckendorff teutſcher Fürſten-Staat *part. 2. cap. 11.*)

De Treuga & Pace.

TIT. XXXIV.

Officium eorum, qui in Eccleſia Chriſtiana præſunt jurisdictioni, in eo fere conſiſtit, ut per amicam potius conventionem ſopiantur lites, ſive publicæ ſive privatæ, quam ut ab incerto even-